


CARTA ENCICLICA

DE NUESTRO SANTISIMO PADRE

EL PAPA


LEON XIII,

CON LA TRADUCCION EN ESPAÑOL.



IMPRENTA DEL CLERO, POR JOSÉ GUZMAN ALMEIDA.

1878.



SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI
LEONIS
DIVINA PROVIDENTIA PAPAE XIII
EPISTOLA ENCYCLICA

*Ad Patriarchas, Primate Archiepiscopos et Episcopos Universos
Catholici Orbis Gratiam et Communionem cum Apostolica
Sede habentes.*

*Venerabilibus Fratribus Patriarchis Primatibus Archiepiscopis et Epis-
copis Universis Catholici Orbis gratiam et communionem cum Apostolica
Sede habentibus.*

LEO PP. XIII.

Venerabiles Fratres salutem et Apostolicam Benedictionem.

Inscrutabili Dei consilio ad Apostolicae Dignitatis fastigium licet immerentes eveci, vehementi statim desiderio ac veluti necessitate urgeri Nos sensimus, Vos litteris alloquendi, non modo ut sensus intimae dilectionis Nostrae Vobis expromeremus, sed etiam ut Vos in partem sollicitudinis Nostrae vocatos, ad sustinendam Nobiscum horum temporum dimicationem pro Ec-

clesia Dei et pro salute animarum, ex munere Nobis divinitus credito confirmaremus.

Ab ipsis enim Nostri Pontificatus exordiis tristis Nobis sese offert conspectus malorum quibus hominum genus undique premitur: haec tam late patens subversio supremarum veritatum quibus, tamquam fundamentis, humanae societatis status continetur; haec ingeniorum protervia legitimae cuiusque potestatis, impatiens; haec perpetua dissidiorum causa, unde intestinae concertationes, saeva et cruenta bella existunt; contemptus legum quae mores regunt iustitiamque tuentur; fluxarum rerum inexplebilis cupiditas et aeternarum oblivio usque ad vesanum illum furorem, quo tot miseri passim violentas sibi manus inferre non timent; inconsulta bonorum publicorum administratio effusio interversio; nec non eorum impudentia qui, cum maxime fallunt, id agunt, ut patriae ut libertatis et cuiuslibet iuris propugnatores esse videantur; ea denique quae serpit per artus intimos humanae societatis lethifera quaedam pestis, quae eam quiescere non sinit, ipsique novas rerum conversiones et calamitosos exitus portendit.

Horum autem malorum causam in eo praecipue sitam esse Nobis persuasum est, quod despecta ac reiecta sit sancta illa et augustissima Ecclesiae Auctoritas, quae Dei nomine humano generi praest, et legitimae cuiusque auctoritatis vindex est et praesidium. Quod cum hostes publici ordinis probe noverint, nihil aptius ad societatis fundamenta convellenda putaverunt, quam si Ecclesiam Dei pertinaci aggressionem peterent, et probos calumniis invidiam odiumque vocantes quasi ipsa civili veri nominis humanitati adversaretur, eius auctoritatem et vim novis in dies vulneribus labefactarent, supremamque potestatem Romani Pontificis everterent, in quo aeternae ac immutabilis boni rectique rationes custodem in terris habent et adsertorem. Hinc porro profectae sunt leges divinam Catholicae Ecclesiae constitutionem convellentes, quas in plerisque regionibus latas esse deploramus; hinc dimanarunt Episcopalis potestatis contemptus, obiecta ecclesiastici Ministerii exercitia impedimenta, religiosorum coetuum disiectio, ac publicatio bonorum, quibus Ecclesiae administrari et pauperes alebantur; hinc effectum ut a salutaribus Ecclesiae moderamine publica instituta, caritati et beneficentiae consecrata, subducerentur; hinc orta effrenis illa libertas prava quaeque docendi et in vulgus edendi, dum ex

adverso modis omnibus Ecclesiae ius ad iuventutis institutionem et educationem, violatur et opprimitur. Neque alio spectat civilis Principatus occupatio, quem divina Providentia multis abhinc saeculis Romano Antistiti concessit, ut libere ac expedite potestate a Christo collata, ad aeternam populorum salutem uteretur.

Funestam hanc aerumnarum molem Vobis, Venerabiles Fratres, commemoravimus, non ad augendam tristitiam Vestram, quam miserrima haec rerum conditio per se Vobis ingerit; sed quia intelligimus ex ea Vobis apprime perspectum fore, quanta sit gravitas rerum quae ministerium et zelum nostrum exposcunt, et quam magno studio nobis adlaborandum sit, ut Ecclesiam Christi et huius Apostolicae Sedis dignitatem, tot calumniis lacessitam, in hac praesertim iniquitate temporum pro viribus defendamus ac vindicemus.

Clare innotescit ac liquet, Venerabiles Fratres, civilis humanitatis rationem solidis fundamentis destitui, nisi aeternis principiis veritatis et inmutabilibus recti iustique legibus innitatur, ac nisi hominum voluntates inter se sincera dilectio devinciat, officiorumque inter eos vices ac rationes suaviter moderetur. Iamvero equis negare audeat Ecclesiam esse, quae diffuso per gentes Evangelii praeconio, lucem veritatis inter efferatos populos et foedis superstitionibus imbutos adduxit, eosque ad divinum rerum auctorem agnoscendum et sese respiciendos excitavit; quae servitutis calamitate sublata, ad pristinam naturae nobilissimae dignitatem homines revocavit; quae in omnibus terrae plagis redemptionis signo explicato, scientiis et artibus adductis aut suo tectis praesidio, optimis caritatis institutis, quaeis omnis generis aerumnis consultum est, fundatis et in tutelam receptis, ubique hominum genus privatim et publice excoluit, a squalore vindicavit et ad vitae formam, humanae dignitati ac spei consentaneam, omni studio composuit? Quod si quis sanae mentis hanc ipsam que vivimus aetatem, Religioni et Ecclesiae Christi infensissimam, cum iis temporibus auspiciatissimis conferat, quibus Ecclesia uti mater a gentibus colebatur, omnino comperiet aetatem hanc nostram perturbationibus et demolitionibus plenam, recte ac rapide in suam perniciem ruere; ea vero tempora optimis institutis, vitae tranquillitate, opibus et prosperitate eo magis floruisse, quo Ecclesia regiminis ac legum sese observantiores populi exhibuerunt.

Quod si plurima ea quae memoravimus bona, ab Ecclesiae ministerio et salutari ope profecta, vera sunt humanitatis civilis opera ac decora, tantum abest ut Ecclesia Christi ab ea abhorreat eamve respuat, ut ad sese potitus altricis magistrac et matris eius laudem omnino censeat pertinere.

Quin immo illud civilis humanitatis genus, quod sanctis Ecclesiae doctrinis et legibus ex adverso repugnet non aliud nisi civilis cultus figmentum et abs re nomen inane putandum est. Cuius rei manifesto sunt argumento populi illi, queis evangelica lux non affulsit, quorum in vita fucus quidam humanioris cultus conspici potuit, at solida et vera eius bona non viguerunt. Haudquaquam sane civilis vitae perfectio ea ducenda est, qua legitima quaeque potestas audacter contemnitur; neque ea libertas reputanda, quae effreni errorum propagatione, pravis cupiditatibus libere explendis, impunitate flagitiorum et scelerum, oppressione optimorum civium cuiusque ordinis, turpiter et misere grassatur. Cum enim erronea prava et absona haec sint, non eam vim profecto habent, ut humanam familiam perficiant et prosperitate fortunent, *miseros enim facit populos peccatum* (1); sed omnino necesse est, ut mentibus et cordibus corruptis, ipsa in omnem labem pondere suo populos detrudant, rectum quemque ordinem labefactent, atque ita reipublicae conditionem et tranquillitatem serius ocius ad ultimum exitium adducant.

Quid autem, si Romani Pontificatus opera spectentur, iniquius esse potest, quam inficiari quantopere Romani Antistites de universa civili societate et quam egregie sint meriti? Profecto Decessores Nostri, ut populorum bono prospicerent, omnis generis certamina suscipere, graves exantlare labores, seque asperis difficultatibus obiicere nunquam dubitarunt: et defixis in caelo oculis neque improborum minis submisere frontem, neque blanditiis aut pollicitationibus se ab officio adduci degeneri assensu passi sunt. Fuit haec Apostolica Sedes quae dilapsae societatis veteris reliquias collegit et coagmentavit; haec eadem fax amica fuit, qua humanitas christianorum temporum effulsit; fuit haec salutis anchora inter saevissimas tempestates, queis humana progenies iactata est; sacrum fuit concordiae vinculum quod nationes dissitas moribusque diversas inter se consociavit, centrum denique comunne fuit, unde cum fidei et religionis

(1) Prov. 14. 34.

doctrina, tum pacis et rerum gerendarum auspicia ac consilia petebantur. Quid multa? Pontificum Maximorum laus est, quod constantissime se pro muro et propugnaculo obiecerint, ne humana societas in superstitionem et barbaricam antiquam relaberetur.

Utinam autem salutaris haec auctoritas neglecta nunquam esset vel repudiata! Profecto neque civilis Principatus augmentum et sacrum illud amisisset decus, quod a religione inditum praeferebat, quodque unum parendi conditionem homine dignam nobilemque efficit; neque exarsissent tot seditiones et bella, quae calamitatibus et caedibus terras funestarunt; neque regna olim florentissima, e prosperitatis culmine deiecta, omnium aerumnarum pondere premerentur. Cuius rei exemplo etiam sunt Orientales populi, qui abruptis suavissimis vinculis, quibus cum Apostolica hac Sede iungebantur, primaevae nobilitatis splendorem, scientiarum et artium laudem, atque imperii sui dignitatem amiserunt.

Praeclara autem beneficia, quae in quamlibet terrae plagam ab Apostolica Sede profecta esse illustra omnium temporum monumenta declarant, potissimum persensit Itala haec regio, quae quanto eidem propinquior loci natura extitit, tanto uberiores fructus ab ea percepit. Romanis certe Pontificibus Italia acceptam referre debet solidam gloriam et amplitudinem, quae reliquas inter gentes eminuit. Ipsorum auctoritas paternumque studium non semel eam ab hostium impetu texit, ut catholica fides nullo non tempore in Italorum cordibus integra custodiretur.

Huiusmodi Praedecessorum Nostrorum merita, ut caetera praetereamus, maxime testatur memoria temporum S. Leonis Magni, Alexandri III, Innocentii III, S. Pii V, Leonis X aliorumque Pontificum, quorum opera vel auspiciis ab extremo ex-cidio, quod a barbaris impendebat, Italia sospes evasit, incorruptam retinuit antiquam fidem, atque inter tenebras squaloremque radioris aevi scientiarum lumen et splendorem artium aluit, vigentemque servavit. Testatur Nostra haec alma Urbs Pontificum Sedes, quae hunc ex iis fructum maximum cepit, ut non solum arx fidei munitissima esset, sed etiam bonarum artium asylum et domicilium sapientiae effecta, totius orbis erga se admirationem et observantiam conciliaret. Cum harum rerum amplitudo ad aeternam memoriam monumentis historiae sit tra-

dita, facili negotio intelligitur non potuisse nisi per hostilem voluntatem indignamque calumniam, ad hominum deceptionem, voce ac litteris obtrudi, hanc Apostolicam Sedem civili populorum cultui et Italiae felicitati impedimento esse.

Si igitur spes omnes Italiae Orbisque universi in ea vi communi utilitati et bono saluberrima, qua Sedis Apostolicae pollet auctoritas, et in arctissimo nexu sunt positae, qui omnes Christifideles cum Romano Pontifice devinciat, nihil Nobis potius esse debere cognoscimus, quam ut Romanae Cathedrae suam dignitatem tectamque servemus, et membrorum cum Capite, filiorum cum Patre coniunctionem magis magisque firmemus.

Quapropter ut in primis, eo quo possumus modo, iura libertatemque huius Sanctae Sedis adseramus, contendere nunquam desinemus, ut auctoritati Nostrae suum constet obsequium, ut obstacula amoveantur, quae plenam ministerii Nostri potestatisque libertatem impediunt, atque in eam rerum conditionem restituamur, in qua divinae Sapientiae consilium Romanos Antistites iam pridem collocaverat. Ad hanc vero restitutionem postulandam movemur, Venerabiles Fratres, non ambitionis studio aut dominationis cupiditate; sed officii Nostri ratione et religiosis iurisiurandi vinculis quibus obstringimur; ac praeterea non solum ex eo quod principatus hic ad plenam libertatem spiritualis potestatis tuendam conservandamque est necessarius; sed etiam quod exploratissimum est, cum de temporali Principatu Sedis Apostolicae agitur, publici etiam boni et salutis totius humanae societatis causam agitari. Hinc praetermittere non possumus, quin pro officii Nostri munere, quo Sanctae Ecclesiae iura tueri tenemur, declarationes et protestationes omnes, quas sa. me. Pius IX Decessor Noster tum adversus occupationem civilis Principatus, tum adversus violationem iurium ad Romanam Ecclesiam pertinentium pluries edidit ac iteravit, easdem et Nos hisce Nostris litteris omnino renovemus et confirmemus. Simul autem ad Principes et supremos populorum Moderatores voces nostras convertimus, eosque per nomen augustum Summi Dei etiam atque etiam obtestamur, ne oblatam sibi tam necessario tempore opem Ecclesiae repudient, atque uti consentientibus studiis circa hunc fontem auctoritatis et salutis amice coeant, Eique intimi amoris et observantiae vinculis magis magisque iungantur. Faxit Deus, ut illi, comperta eorum quae diximus veritate, ac secum reputantes doctrinam Christi, ut Augustinus aiebat, *magnam, si ob-*

temperetur, salutem esse republicae (2) et in Ecclesiae incolumitate et obsequio suam etiam ac publicam incolumitatem et tranquillitatem contineri, cogitationes suas et curas conferant ad levanda mala, quibus Ecclesia eiusque visibile Caput affligitur, atque ita tandem contingat, ut populi quibus praesunt, iustitiae et pacis ingressi viam, felici aevo prosperitatis et gloriae fruantur.

Deinde autem ut totius catholici gregis cum supremo Pastore concordia firmior indies adseratur, Vos hoc loco peculiari cum affectu appellamus, Venerabiles Fratres, et vehementer hortamur, ut pro sacerdotali zelo et pastoralis vigilantia Vestra fideles Vobis creditos religionis amore incendatis, quo proprius et arctius huic Cathedrae veritatis et iustitiae adhaereant, omnes eius doctrinas intimo mentis et voluntatis assensu suscipiant; opiniones vero etiam vulgatissimas, quas Ecclesiae documentis oppositas noverint omnino reiiciant. Qua in re Romani Pontifices Decessores Nostri ac demum sa. me. Pius IX, praesertim in oecumenico Vaticano Concilio prae oculis habentes verba Pauli: "*Videte ne quis vos decipiat per philosophiam et inanem fallaciam secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi et non secundum Christum*" (3) haud praetermiserunt, quoties opus fuit, grassantes errores reprobare et apostolica censura confodere. Has condemnationes omnes, Decessorum Nostrorum vestigia sectantes, Nos ex hac Apostolica veritatis Sede confirmamus ac iteramus, simulque Patrem luminum enixe rogamus, ut fideles omnes perfecti in eodem sensu eademque sententia idem Nobiscum sapiant, idemque loquantur. Vestri autem muneris est, Venerabiles Fratres, sedulam impendere curam, ut coelestium doctrinarum semen late per Dominicum agrum diffundatur et catholicae fidei documenta fidelium animis mature inserantur, altas in eis radices agant et ab errorum contagione incorrupta serventur. Quo validius contendunt religionis hostes imperitis hominibus, ac iuvenibus praesertim, ea discenda proponere quae mentes obnubilent moresque corrumpant, eo alacrius adnitendum est, ut non solum apta ac solida institutionis methodus, sed maxime institutio ipsa catholicae fidei omnino conformis in litteris et disciplinis vigeat, praesertim autem in philoso-

(2) Ep. 133. alias 5. ad Marcellinum n. 15.

(3) Ad Coloss. 2, 8.

phia, ex qua recta aliarum scientiarum ratio magna ex parte dependet; quaeque non ad evertendam divinam revelationem spectat, sed ad ipsam potius sternere viam gaudet, ipsamque ab impugnantibus defendere, quemadmodum nos exemplo scriptisque suis Magnus Augustinus et Angelicus Doctor, caeterique christianae sapientiae Magistri docuerunt.

Optima porro iuventutis disciplina ad verae fidei et religionis munimen atque ad morum integritatem a teneris annis exordium habeat necesse est in ipsa domestica societate: quae nostris hisce temporibus misere perturbata, in suam dignitatem restitui nullo modo potest nisi iis legibus, quibus in Ecclesia ab ipsomet divino Auctore est instituta. Qui cum matrimonii foedus, in quo suam cum Ecclesia coniunctionem significatam voluit, ad Sacramenti dignitatem evexerit, non modo maritalem unionem sanctiorem effecit, sed etiam efficacissima tum parentibus tum proli paravit auxilia, quibus, per mutuorum officiorum observantiam, temporalem ac aeternam felicitatem facilius assequerentur. At vero postquam impiae leges, Sacramenti huius magni religionem nil pensi habentes, illud eodem ordine cum contractibus mere civilibus habuerunt, id misere consecutum est, ut violata christiani coniugii dignitate, cives legali concubinato pro nuptiis uterentur, coniuges fidei mutuae officia negligenter, obedientiam et obsequium nati parentibus detrectarent, domesticae charitatis vincula laxarentur, et, quod deterrimi exempli est publicisque moribus infensissimum, persaepe malesano amoris perniciosae ac funestae discessionibus succederent. Haec sane misera et luctuosa non possunt, Venerabiles Frates, vestrum zelum non excitare ac movere ad fideles vigilantiae vestrae concreditos sedulo instanterque monendos, ut dociles aures doctrinis adhibeant quae christiani coniugii sanctitatem respiciunt, ac pareant legibus quibus Ecclesia coniugum natorumque officia moderatur.

Tum vero illud optatissimum consequetur, quod singulorum etiam hominum mores et vitae ratio reformentur: nam veluti ex corrupto stipite deteriores rami et fructus infelices germinant; sic mala labes, quae familias depravat, in singulorum civium noxam et vitium tristi contagione redundat. Contra vero, domestica societate ad christianae vitae formam composita, singula membra sensim assuescent religionem pietatemque diligere, á falsis perniciosisque doctrinis abhorrere, sectari virtutem, maioribus obsequi, atque inexhaustum illud privatae dumtaxat utilitatis stu-

(TRADUCCION CASTELLANA.)

CARTA ENCICLICA

DE NUESTRO SANTÍSIMO SEÑOR

LEON

POR LA PROVIDENCIA DIVINA PAPA XIII.

A todos los Venerables Hermanos Patriarcas, Primados, Arzobispos y Obispos del mundo católico que están en gracia y comunión con la Sede Apostólica.

LEON PP. XIII.

Venerables Hermanos, salud y apostólica bendición.

Apénas fuimos, por arcano consejo de Dios, ensalzado, aunque sin merecerlo, á la suma dignidad apostólica, sentimos vivísimo deseo y casi necesidad de dirigirnos á vosotros; no sólo para haceros patentes los sentimientos de Nuestro íntimo afecto, sino tambien para cumplir el cargo que Nos estaba confiado por la Divinidad de esforzaros á vosotros, que participais de nuestra solicitud, á sostener, juntamente con Nos, la lucha diaria por la Iglesia de Dios y la salud de las almas.

Empero, desde los primeros dias de nuestro pontificado se nos presenta á la vista el triste espectáculo de los males que por todas partes afligen al género humano: esta tan completa subversion de los principios de los cuales, como fundamentos, ha surgido el órden social; la osadía de los ingenios intolerantes de toda legítima sujecion; el perenne fomento de las discordias, origen de intestinos conflictos y guerras crueles y sangrientas; el desprecio de todas las leyes de moral y justicia; la insaciable codicia de bic-

nes caducos y el desprecio de los eternos, llevada hasta el loco furor que conducen tan á menudo á muchos infelices á darse la muerte; la impróvida administracion, la prodigalidad, la malversacion de los fondos públicos; así como la impudencia de aquellos que con engañadora perfidia quieren ser tenidos por defensores de la patria, de la libertad y de todo derecho; aquel total malestar, en fin, que circula por las fibras más internas de la sociedad humana, la inquieta y amenaza arrastrarla á una espantosa catástrofe.

Por lo cual Nos estamos convencido de que estos males tienen su causa principal en el desprecio y olvido de esta santa y augusta autoridad de la Iglesia, que gobierna al género humano en nombre de Dios, y que es la garantía y el apoyo de toda autoridad legítima.

Esto lo han comprendido perfectamente los enemigos del orden público, y hé aquí por qué han pensado que nada era más propio para minar los fundamentos sociales que atacar tenazmente á la Iglesia de Dios, hacerla odiosa y aborrecible por medio de vergonzosas calumnias, representándola como enemiga de la verdadera civilizacion, debilitar su fuerza y su autoridad con heridas siempre nuevas, y abatir el sumo poder del Pontífice Romano, que es en la tierra el guardian y defensor de las reglas inmutables de lo bueno y de lo justo.

De ahí, pues, han salido esas leyes que quebrantan la divina constitucion de la Iglesia Católica, y cuya promulgacion tenemos que deplorar en la mayor parte de los países; de ahí proceden el desprecio del poder episcopal, las trabas puestas al ejercicio del ministerio eclesiástico, la dispersion de las Órdenes religiosas y la confiscacion y la venta en subasta de los bienes que servian para mantener á los ministros de la Iglesia y á los pobres; de ahí tambien el que las instituciones públicas consagradas á la caridad y á la beneficencia, se hayan sustraído á la saludable direccion de la Iglesia; de ahí, en fin, esa libertad desenfrenada y perversa de enseñarlo todo y publicarlo todo, cuando, por el contrario, se viola y se oprime de todas maneras el derecho de la Iglesia de instruir y educar á la juventud.

Y esto tambien se ha tenido en cuenta al apoderarse del dominio temporal que la divina Providencia habia concedido hácia largos siglos al Pontífice Romano, á fin de que pudiese usar libremente y sin trabas, para la eterna salvacion de los pueblos, del poder que Jesucristo le habia conferido.

Nos hemos querido recordar este funesto cúmulo de males, Venerables Hermanos, no para aumentar en vosotros la tristeza que esta lamentable situación os infunde en el ánimo, sino para que os sea completamente conocido á qué gravísimo término han sido llevadas las cosas que deben ser objeto de nuestro ministerio y de nuestro celo, y con cuánto empeño debemos dedicarnos á defender y amparar con todas nuestras fuerzas á la Iglesia de Cristo y la dignidad de esta Sede Apostólica, atacada especialmente en los actuales calamitosos tiempos, con indignas calumnias.

Es bien claro y evidente, Venerables Hermanos, que la causa de la civilización carece de fundamento sólido si no se apoya sobre los principios eternos de la verdad y sobre las leyes inmutables del derecho y de la justicia, si un amor sincero no une las voluntades de los hombres y no fija la distancia y los motivos de sus deberes recíprocos.

Ahora bien: ¿quién osará ponerlo en duda? ¿No es la Iglesia la que al predicar el Evangelio entre las naciones ha hecho brillar la luz de la verdad en medio de los pueblos salvajes, imbuidos de supersticiones vergonzosas, y la que los ha conducido al conocimiento del divino Autor de todas las cosas y al respeto de sí mismos? ¿No es la Iglesia la que, haciendo desaparecer la calamidad de la esclavitud, ha vuelto á recordar á los hombres la dignidad de su nobilísima naturaleza?

¿No es la Iglesia la que, al desplegar en todos los límites de la tierra el estandarte de la redención, ha introducido ó protegido las ciencias y las artes, fundado, tomado bajo su amparo los institutos de caridad destinados al alivio de todas las miserias, y procurando la cultura del género humano en la sociedad y en la familia, le ha sacado de su miseria y le ha formado para un género de vida conforme á la dignidad y á los destinos de su naturaleza?

¡Ah! si se compara la época en que vivimos, tan completamente hostil á la Religión y á la Iglesia de Jesucristo, con la de los tiempos afortunados en que la Iglesia se viera venerada como una Madre, habrá al ménos de reconocerse que esta época, llena de perturbación y ruinas, corre derecha al precipicio, y que, al contrario, los tiempos en que más han florecido óptimas instituciones, la tranquilidad y la riqueza y prosperidad públicas, han sido aquellos más sumisos al gobierno de la Iglesia, y los en que mejor se han observado sus leyes.

De forma que siendo claro que los numerosísimos beneficios que Nos acabamos de recordar, y que proceden del ministerio y benéfico influjo de la Iglesia, son obras gloriosas de verdadera civilizacion, lo es igualmente que la Iglesia no la rechaza ni la aborrece, pues que con justo título se alaba de haber hecho con ella oficios de maestra, nodriza y madre.

Bien al contrario, esa civilizacion que choca con las santas doctrinas y las leyes de la Iglesia no es sino una falsa civilizacion, y debe considerársela como un nombre vano y sin realidad.

Esta es una de esas verdades de la que nos dan evidentes pruebas los pueblos que no han visto brillar la luz del Evangelio: se ha podido á veces ver en el curso de su vida el barniz de la civilizacion, más ninguno de los sólidos y verdaderos bienes de la esta ha podido arraigarse ni florecer en ellos.

Nó: no es un progreso de la vida civil el que se reduce al desprecio procaz de todo poder que sea legítimo; nó, no es una libertad lo que lleva tras sí, como apéndice de vergüenzas é ignominias, la propaganda desenfrenada de errores, el libre goce de perversas concupiscencias, la impunidad del crimen y maldades, la opresion de los buenos ciudadanos, cualquiera que sea la clase á que pertenecen.

Tales principios son falsos, erróneos, perniciosos; en ellos no se halla seguramente la fuerza de perfeccionar la naturaleza humana, porque *el pecado hace á los hombres miserables*. Y sucede, y es esto absolutamente inevitable, que después de haber corrompido las inteligencias y los corazones, esos principios, por su propia gravitacion, precipitan á los pueblos en un piélago de desgracias, conculcan el órden legítimo, y de esa suerte, más pronto ó mas tarde, traen la pérdida total de los poderes y de la pública tranquilidad.

Si se contemplan, de otra parte, las obras del Pontificado Romano, ¿puede haber nada mas inicuo que la negacion de que á los Pontífices Romanos sea deudora la sociedad civil de los más notables esfuerzos y de los más grandes sacrificios? Ciertamente Nuestros Predecesores, ansiando asegurar el bien de los pueblos, no titubearon en emprender distintas luchas, resistir grandes trabajos, afrontar peligrosas dificultades, y puestos los ojos en el cielo, sin inclinar jamás la frente ante las amenazas de los impíos, no quisieron faltar bajamente á su mision por adu-
laciones ó promesas.

Esta Sede Apostólica fué quien recogió y cimentó los res-

tos de la antigua sociedad; ella fué el luminar que hizo resplandecer la civilizacion de los tiempos cristianos; ella fué el áncora de salvacion tras las fieras tempestades que ha sufrido el humano linaje; el vínculo sagrado de concordia que unió unas con otras á las naciones lejanas entre sí, y de tan diversas costumbres; el centro comun, finalmente, de la Religion y de la fé, como de la accion y de la paz. ¡Qué gloria para los Pontífices Máximos la de haberse opuesto constantemente como baluarte inquebrantable para que la sociedad no volviera á caer en la antigua supersticion y barbarie!

¡Oh si esta tan saludable autoridad nunca hubiera sido tenida tan en poco y rechazada! De seguro si el principado civil no hubiera perdido aquel carácter sagrado y sublime que la Religion le habia impreso, único que hace racional y noble la sumision, no hubieran estallado tantas sediciones y tantas guerras, para llenar la tierra de calamidades y extragos, ni los reinos, en otro tiempo florecientes, hubieran caido del sumo de la grandeza al abismo, bajo el peso de toda clase de desventuras. De esto son ejemplo los pueblos del Oriente: rotos los suaves vínculos que los unian á la Sede Apostólica, vieron eclipsarse el esplendor de la antigua grandeza, desapareciendo el honor de las ciencias y de las artes y la dignidad del imperio.

Los insignes beneficios que se derivaron de la Sede Apostólica á todas las partes de la tierra, como se manifiesta por ilustres monumentos de todas las edades, se dejaron sentir especialmente en la nacion italiana, la cual, por estar más cercana á ella, recoje mas ubérrimos frutos. Sí; Italia en gran parte es deudora á los Romanos Pontífices de su verdadera gloria y grandeza, de su elevacion sobre las demás naciones. Su autoridad y proteccion paterna la han protegido varias veces contra los ataques de sus enemigos, y de ellos ha recibido la ayuda y socorro necesarios para que la fé católica fuese siempre integralmente conservada en los corazones de los italianos.

Apelamos especialmente, para no ocuparnos de otros, á los tiempos de San Leon el Magno, de Alejandro III, de Inocencio III, de San Pio V, de Leon X y de otros Pontífices, en los cuales, por obra y proteccion de aquellos varones, Italia se libró de la suprema ruina con que la amenazaban los bárbaros, salvó su antigua fé, y entre las tinieblas y la miseria dela decadencia universal nutrió y conservó vivo el fuego de las ciencias y el esplendor de las artes. Apelamos á Nuestra alma ciudad, Sede del

Pontificado, la cual les debió la singularísima ventaja de llegar á ser, no solo roca inexpugnable de la fé, sino tambien asilo de las bellas artes, morada de la sabiduría y envidia del mundo.

Por el esplendor de tales hechos, consignados en públicos é imperecederos monumentos, es fácil reconocer que sólo por aversion y por indigna calumnia, á fin de engañar á las muchedumbres, se ha podido insinuar de viva voz y por escrito que la Sede Apostólica, sea obstáculo á la civilizacion de los pueblos y á la felicidad de Italia.

Si las esperanzas, pues, de la Italia y del mundo descansan todas en la benéfica influencia de la Sede Apostólica, para bien comun, y en la union íntima de todos los fieles al Romano Pontífice, la razon exige que nos ocupemos con el mas solícito cuidado en conservar intacta la dignidad de la Cátedra Romana y en reanudar una vez más la union de los miembros con la cabeza, de los hijos con el Padre.

Por tanto, para amparar ante todo y del mejor modo que podamos los derechos y la libertad de la Santa Sede, no dejaremos nunca de exigir que Nuestra autoridad sea respetada, que Nuestro ministerio y Nuestra potestad se deje enteramente libre é independiente, y se Nos restituya á la posesion en que la Sabiduría divina, desde tiempos antiguos habia colocado á los Pontífices de Roma. No es vano deseo de poder y de dominio el que nos mueve á pedir el restablecimiento del principado civil. Lo pedimos porque lo exigen nuestros deberes y los solemnes jnramentos que hemos prestado; porque no sólo es necesario para la tutela y conservacion de la plena libertad del poder espiritual, sino tambien porque es evidente que cuando se toca al dominio temporal de la Sede Apostólica se toca á la vez á la causa del bien y de la salvacion de la familia humana.

Por eso Nos, por razon del oficio que Nos obliga á defender los derechos de la Santa Iglesia, no podemos en modo alguno dispensarnos de renovar y confirmar por estas Nuestras Letras, todas las declaraciones y protestas que Nuestro predecesor Pio IX, de santa memoria, hizo repetidamente, ya contra la ocupacion del principado civil, ya contra la violacion de los derechos de la Iglesia Romana.

Y al mismo tiempo Nos dirigimos á los príncipes y supremos rectores de los pueblos, conjurándolos, en el nombre augusto del Dios Altísimo, que no renuncien en tan peligrosos momentos al apoyo que les ofrece la Iglesia; que se agrupen con-

cordes y decididos en torno á esta fuente de autoridad y de salvacion; que estrechen una vez más con ella íntimas relaciones de respeto y amor.

Haga Dios que aquéllos, convencidos de estas verdades, y reflexionando que la doctrina de Cristo, al decir de San Agustín, *magnam si obtemperetur salutem esse reipublicæ*, y que en la situacion próspera y respetada de la Santa Sede está basada la paz y prosperidad públicas, dirijan todos sus cuidados y pensamientos á mejorar la situacion de la Iglesia y de su cabeza visible, preparando de tal manera á sus pueblos, conducidos por el camino de la justicia y de la paz, una era nueva de prosperidad y de gloria.

A fin de que cada dia sea más firme la union de la grey católica con el Supremo Pastor, Nos dirigimos ahora á vosotros, con afecto muy especial, ¡oh Venerables Hermanos! excitando vuestro celo sacerdotal y vuestra pastoral solicitud para que despertéis en los fieles que os están confiados el santo fuego de Religion que les mueva á abrazar más fuertemente á esta Cátedra de verdad y de justicia, á recibir de ella con sincera docilidad de espíritu y de corazon todas las doctrinas, y á rechazar en absoluto aquellas opiniones, por generalizadas que estén, que conozcan ser contrarias á las enseñanzas de la Iglesia.

A este propósito los Romanos Pontífices, Nuestros Predecesores, y últimamente Pio IX, de santa memoria, teniendo á la vista las palabras de San Pablo: *Videte ne quis vos decipiat per philosophiam et inanem fallaciam secundum elementa mundi et non secundum Christum*, no omitieron el condenar, cuando fué necesario, los errores corrientes, y señalarlos con la apostólica censura. Y Nos, siguiendo las huellas de Nuestros Predecesores, desde esta apostólica Cátedra de verdad confirmamos y renovamos todas estas condenaciones, rogando con instancia al mismo tiempo al Padre de la luz que todos los fieles con un solo ánimo, y un solo espíritu piensen y hablen como Nos.

Toca, empero, á Vosotros, Venerables Hermanos, emplearos con todas vuestras fuerzas en que la semilla de las celestes doctrinas sea esparcida con mano pródiga en los campos del Señor, y en que, desde los tiernos años, se infundan en el alma de los fieles las enseñanzas de la fé católica, echen en ella profundas raíces, y sean preservadas del contagio del error.

Cuanto más se afanan los enemigos de la Religion por enseñar á los ignorantes, y especialmente á la juventud, doctri-

nas que ofuscan la mente y desgastan el corazón, tanto mayor debe ser el empeño para que no solo el método de enseñanza sea racional y sólido, sino principalmente para que la misma enseñanza sea sana y plenamente conforme á la fé católica, tanto en las letras como en las ciencias, y además en la filosofía, de la cual depende en gran parte la buena direccion de las demás ciencias, y que no debe tender á destruir la revelacion divina, ántes bien á allanarla el camino y defenderla de los que la impugnan, como nos han enseñado con su ejemplo y con sus escritos el gran Agustin, el Angélico Doctor y los demás maestros de la sabiduría cristiana.

Pero la buena educacion de la juventud, para que sirva de amparo á la fé, á la Religion y á las costumbres, debe empezar desde los más tiernos años en el seno de la familia, la cual en nuestros dias está lamentablemente trastornada, y no puede volver á su dignidad perdida sino sometiéndose á las leyes con que fué instituida en la Iglesia por su divino Autor.

El cual, habiendo elevado á la dignidad de Sacramento el matrimonio, símbolo de su union con la Iglesia, no solo santificó el contrato nupcial, sino que proporcionó tambien eficacísimos auxilios á los padres y á los hijos para conseguir más fácilmente, con el cumplimiento de sus mútuos deberes, la felicidad temporal y la eterna.

Mas después que leyes inícuas, desconociendo el carácter sagrado del matrimonio, le han reducido á la condicion de un contrato meramente civil, siguióse por consecuencia que, envilecida la nobleza de las nupcias cristianas, los cónyuges vivan en concubinato legal; que no se acuerden de la fé mútuamente jurada; que los hijos nieguen á los padres la obediencia y el respeto; que se debiliten las domésticas afecciones; y lo que es de pésimo ejemplo y muy dañoso á la honestidad de las públicas costumbres, que frecuentemente un loco amor tenga reato de lamentables y funestas separaciones.

Tan deplorables y graves desórdenes deben, Venerables Hermanos, excitar vuestro celo á amonestar con perseverante insistencia á los fieles confiados á vuestro cuidado á que presten dócil oido á las enseñanzas que se refieren á la santidad del matrimonio cristiano, y obedezcan á las leyes con que la Iglesia regula los deberes de los cónyuges y de su prole.

Conseguiríase con esto tambien otro efecto muy apetecible: la mejora y la reforma del hombre como individuo, pues que así

como de un tronco viciado salen ramas pésimas y frutos perversos, así la corrupcion que contamina á las familias llega á enfermar é infestar al individuo. Por lo contrario, ordenada la familia en vida cristiana, poco á poco los miembros sueltos se acostumbrarán á amar la Religion y la piedad, á aborrecer las doctrinas falsas y perniciosas, á ser virtuosos, á respetar á los mayores y á refrenar ese sentimiento de egoismo que tanto enerva y degrada la humana naturaleza. A este propósito, convendrá mucho regular y fomentar las asociaciones piadosas que, principalmente en nuestros dias, con grandísima ventaja de los intereses católicos, han sido fundadas.

Grandes, superiores á la fuerza del hombre, ¡oh Venerables Hermanos! son estas cosas, objeto de nuestra esperanza y de nuestros votos; empero habiendo hecho Dios capaces de sanidad á las naciones de la tierra, y habiendo instituido la Iglesia para salvacion de las gentes, prometiéndola su benéfica asistencia hasta la consumacion de los siglos, Nos abrigamos la firme esperanza de que, merced á vuestros trabajos, los hombres, amaestrados por tantos males y desventuras, vengán finalmente á buscar la salud y la felicidad en la sumision á la Iglesia y al infalible magisterio de la Cátedra Apostólica.

En tanto, Venerables Hermanos, Nos no podemos terminar lo escrito sin manifestaros el júbilo que experimentamos por la admirable union y concordia en que vivís unos con otros, y todos con esta Sede Apostólica. Nos estimamos que esta union, no solo es el baluarte más fuerte contra los asaltos del enemigo, sino además un fausto y gratisimo augurio para la Iglesia de un porvenir mejor, como es en tanto indecible reconfortante para nuestra debilidad prestándonos valor para sostener virilmente en el árduo cargo que Nos hemos asumido cuantas luchas conduzcan al beneficio de la Iglesia.

Tampoco Nos podemos separar de estos motivos de júbilo y esperanza expresados las demostraciones de amor y reverencia que en estos primeros dias de Nuestro pontificado vosotros, Venerables Hermanos, y juntamente con vosotros, han dedicado á nuestra humilde persona innumerables sacerdotes y seglares, los cuales con santas ofrendas, peregrinaciones y otros piadosos testimonios Nos han hecho saber que la adhesion y afecto que tuvieron hácia nuestro dignísimo Predecesor se mantienen aún en sus corazones igualmente ardorosos, estables é íntegros hácia la persona de su Sucesor, tan poco digno de su herencia.

Por estos esplendorosísimos testimonios de la piedad católica, humildemente alabamos la benigna clemencia del Señor; y á vosotros, Venerables Hermanos, y á todos aquellos amadísimos hijos de quienes los hemos recibido, damos fé públicamente y de lo interior del corazón de Nuestra inmensa gratitud, plenamente confiado en que, en esta angustia de las cosas y en estas dificultades de los tiempos, no vendrán á ménos vuestra adhesión y afecto, y los de todos los fieles.

Nos no dudamos que tan brillantes ejemplos de piedad filial y de virtud cristiana tendrán gran valor para mover el corazón de Dios clementísimo á que mire propicio á su grey y á que dé á la Iglesia la paz y la victoria. Y porque Nos esperamos que más pronto y fácilmente será concedida esa paz y esa victoria si los fieles dirigen constantemente sus votos y plegarias á obtenerla, Nos os exhortamos, Venerables Hermanos, á confortarles y á enfervorizarles en estos puntos, poniendo como Mediadora para con Dios á la Inmaculada Reina de los cielos, y por intercesores á San José, patrono celestial de la Iglesia, á los Santos Príncipes de los apóstoles Pedro y Pablo, á cuyo ingente patrocinio Nos encomendamos Nuestra humilde persona, la gerarquía de la Iglesia y toda la grey del Señor.

Aparte de esto, Nos vivamente deseamos que este día en el cual se recuerda solemnemente la Resurrección de Jesucristo, sea para vosotros, Venerables Hermanos, y para toda la familia católica, feliz, saludable y lleno de santo júbilo, y pedimos á Dios clementísimo que con la Sangre del Cordero Inmaculado, con la que fué cancelada la sentencia de nuestra condenación, sean lavadas las culpas contraídas y benignamente mitigado el juicio á que ellas nos sugetan.

La gracia de Nuestro Señor Jesucristo, la caridad de Dios y la comunicacion del Espíritu Santo sea con todos vosotros, Venerables Hermanos, á quienes á todos y á cada uno, así como á los queridos hijos del clero y pueblo de vuestra Iglesia, en prenda de especial benevolencia, como nuncio de la protección celeste, Nos concedemos con el mejor afecto la Apostólica Bendición.

Dada en Roma, cerca de San Pedro, en el solemne día de Pascua, 21 de Abril del año 1878, primero de nuestro Pontificado.

LEON PAPA XIII.